Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



in maculatam hostiam Supplices te rogamus omnipotens deus iube hec perferri per manus sancti anseli tui in sublime altare tuum in conspectu diuine maiestatis tue ut quotquot ex hac altaris participatione sacro sanctum filii tui corpus et sanguinem sumpserimus omni benedictione celesti et gratia repleamur Per eundem xpm dominum nostrum

Memento etiam domine Comm. defunctorum famulorum famularumque tuarum qui nos precesserunt cum signo fidei et dormiunt in somno pacis ipsis et omnibus in xpo quiescentibus locum refrigerii lucis et pacis ut indulseas deprecamur Per xpm dominum nostrum

Nobis quoque peccatoribus famulis tuis de multitudine miserationum tuarum sperantibus partem aliquam et societatem donare dignaris cum tuis sanctis apostolis et martyribus cum Johanne Stephano Matthia Barnaba Ignatio Alexandro Marcellino Petro Felicitate Perpetua Agatha Lucia Agnete Cecilia